



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1819CCXIII

VLTIMA PIETAS
 QVAM
HONORI
VIRI
 MAGNIFICI, SVMME REVERENDI
 NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET
 EXCELLENTISSIMI
DOMINI
D. CASPARIS
LOESCHERI
 THEOLOGI DE ECCLESIA CHRISTI
 BENE MERITI
 PROFESSORIS ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
 PRIMARI ET CELEBERRIMI
 EIVSDEMQUE SENIORIS VENERANDI
 SVPERINTENDENTIS GENERALIS ET
 CONSISTORII ELECTORALIS
 ASSESSORIS GRAVISSIMI
SOCERI SVI
 OMNI VENERATIONE DIGNISSIMI
 PIE AC PLACIDE DEFUNCTI
 D. XIV. AUGUSTI A. MDCCXVIII.
EXEQVIARVM SOLEMNIVM DIE
 EXSOLVIT
GEORGIVS FRIDERICVS SCHROEER, D.
 PROFESSOR PUBLICVS ET ALVMNORVM REG.
 EPHORVS
 VITEMBERGAE, STANNO GERDESIANO.



hiccine, post Socrum, quam suspiramus,
ademptam,
SFlebile, DIVE SENEX, TV quoque
funus eris?
TE ne querar, cineresque TVOS, manesque se-
pultos?
Melpomene rursus flebile pangat epos?
TV mihi, DIVE, Pater, nostrae, TV, gentis asylum,
Puppis eras nostrae proraque, DIVE, ratis.
Non ignota loquor, multoque domesticius usu
Ingenii noui signa paterna TVI.
Fletibus ora rigo, gelidam prostratus ad urnam,
Signa fero luctus qualiacunque mei.
Non tamen unus erit luctus, non una querela,
Deflebit mortem plurima turba TVAM.
Ipsa Senatorum nunc omnis turba Sacrorum
Luget, non multos post habitura pares,
Ipsa uenit nostra in partes Academia questus,
Haec quoque LOESCHERI nomina clara colit.

Soluitur in lacrymas, Doctore orbata, iuuentus,
Iacturamque suam, corde dolente, gemit.
Hic casus tangit populum, quem, DIVE, docebas,
Ut uellet Numen mente, fideque, coli.
Fallor, an et, ueteris ciuis non immemor, alma
VERDA, TVIS fatis illacrymata, dolet?
Hic fuit, hic studuit, puer hoc in cespite lusit,
Hic Genitor, dicens, hic habitauit Auus.
Digressum, puerum, memini, Verdensibus oris,
Certatim Musas erudiisse sacras.
Quam mirabamur cum summa laude docentem,
Monstrauit primum, Lipsia, laudis iter.
Illius excultus studiis, mox ipse docendo
Ingenii coepit spargere dona sui.
Et ueluti gliscit primum sine murmure flamma,
Mox, magis atque magis, uiribus aucta, micat,
Ignea sic mentis uis exardebat, et artis
Adiecit multum proxima quaeque dies.
Perpes erit testis, multos durata per annos,
SONDERSHVSA, TVA uoce refota diu.
ERFVRTO, lacrymis multis comitatus, abibas,
Et CYGNEA colit diuitis oris opes.
Scribant degeneres Doctores dogmata multa,
Et strepat infans garrula turba sonis.
Nil uulgare sapis, surgit TIBI pagina docta,
Sollicitaeque notas sedulitatis habet.

Nil leue, nil paruum, chartis deponitur istis,
Hic uanae species futilitatis abest.
Seu *diuina doce*s, sacrisque recondita scriptis,
Seu tractas magna sedulitate *Patres*.
Seu pia TV faciliter dextra *meletemata condis*,
Hostibus et ferrum *Palladiumque rapis*.
Nunc, heu ! DIVE SENEX, *dixisti*, haec summa laboris:
Scriptisti, haec chartis ultima meta TVIS.
Ast exantlati frueris mercede laboris,
Quoque fuit semper mens TIBI plena, DEO.
Quin, si fata finant, noles tamen Ipse reuerti,
Tanti est, tranquilla sede habitare poli.
Nec minus interea manes sua fama manebit,
Viuet, et in terris ista perennis erit.
Et mihi, uitalis dum spiritus hos reget artus,
Ex animo nunquam cedet imago TVA.



Sollertiae mosae letabilisius rapere possunt Haec

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



VLTIMA PIETAS
QVAM
HONORI
VIRI
MAGNIFICI, SVMME REVERENDI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI
DOMINI
D. CASPARIS
LOESCHERI
THEOLOGI DE ECCLESIA CHRISTI
BENE MERITI
PROFESSORIS ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
PRIMARI ET CELEBERRIMI
EIVSDEMQUE SENIORIS VENERANDI
SVPERINTENDENTIS GENERALIS ET
CONSISTORII ELECTORALIS
ASSESSORIS GRAVISSIMI
SOCERI SVI
OMNI VENERATIONE DIGNISSIMI
PIE AC PLACIDE DEFUNCTI
D. XIV. AVGUSTI A. MDCCXVII.
EXEQVIARVM SOLEMNIVM DIE
EXSOLVIT
CIVIS FRIDERICKVS SCHROFFER. D.

